

de 20 1624

235

A. Ludovico Socio Adrianus Smoutius Eclesiasticus
Amsterdamensis Gratiam et Lacem.

Venit ad nos D. Hermannus Gotzenus, nuper, ut ait, Pastor
 Burchfeldensis cum uxore et novem liberis, miserimus,
 et omnium rerum egenus, presertim testimonii Eclesie
 sue et honesta dimissionis a Ministerio. Quo quidem fa-
 ctum est, ut eum in communionem Eclesie nostrae
 recipere, quod absq[ue] testimonio fidei et vita ne in mini-
 mus quidem licet, secundum Eclesie nostrae canonem
 moremque receptum. Itaq[ue] adeo nec diaconis nostris, ma-
 gistratus, societatis Indicae administratoribus, alijsq[ue] probis
 publico nomine commendare, neq[ue] ullam nisi extraordina-
 riam, open ferre, ipsi potuerimus, et vix vulgare Eldar-
 Drontor^{um} elemosynariorum et St^{ich}archarum hujus civi-
 tatis subsidium, vicinorum quorumvis commiserantium, im-
 proba ferre, pro eo, qui nondum biennium apud nos, ut lex
 est, commemoratus fuerat, sollicitudine procurare. Quocirca
 rogatum velim R.T. ut ei et uxori, et qui ad Eclesiam
 Burchfeldensi sive ea addita, a Ministerio vestra civita-
 tis, sive Classis aut Synodi, testimonium quam prius sum-
 mittatur de ipsius orthodoxia et uxoris quippe fide et
 utriusq[ue] moribus sive absolutum, nempe si transacta sint
 ea quod vos, quae commissa forte fuerint: sive cum no-
 vatione eorum, quae nobis in ipso animadvertenda et
 corrigenda esse, vobis forsitan videbantur; ut ea cum
 ratione habita miserrimo summoque consularum, succur-
 ramus, et eum si expedierit, sistamus dictis administra-
 toribus atq[ue] promoveamus ad Eclesiasticam Scholasticam ^{quandam}
 functionem sive ad ^{sive ad alium quemvis Bataviae}
 nostrae in India colonum. Quam quidem profectionem, ut ego
 ei suadeo, ita persuasurus eidem, si sibi suisq[ue] aliquo modo consul-
 tum velit, neq[ue] mathematica, quam sibi suadet, victoria frustra-
 ri sese victus inopia victum omnino profumat. Testimonium
 itaq[ue] si praestiteris, rem nobis omnibus, fratri et familiae afflictissi-
 ma ex animo condolentibus, gratissimam, et charitatis vestrae
 non indignam feceris, et ne meosq[ue] ad consimile officium obli-
 gaveris. Vale vir Reverende et Reverendis Viris D.D. Mar-
 tinio, Iselburgio ceterisq[ue] collegii salutem plurimam dici-
 to. Dabam permisso presbyterii Amsterdamani 7. Calendas
 Majas 1624.

Tuus omni officio
 Adrianus Smoutius Eclesiasticus
 Amsterdamensis.